



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrvm S. Sabae, Gothi, quod spontaneus subijt & præclarè consummauit, Anno à partu virgineo 372. Damasi Roma. Pontif. 6. Valentiniani, & Valentis, Impp. 9. Sub Athanarico Gothorum rege. Ex eo ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42716**

ret. Illa igitur auditio fratri sui obitui, ad insulā Sepelitur à  
forore sua.  
venit, sentitq; totam habitationem suprà omnē  
fragratiā incomparabili odoris suauitate re-  
pleteam: humatoq; S. Guthlaco in eius oratorio,  
ad propria remeauit.

Vixit autem Sanctus in illa eremo annis  
quindecim, cùm anteā ab anno ætatis suæ xxiv.  
annos admodum octo in vanitate ac ferocitate  
traduxisset. Porrò eximia eius sanctitas, vt in vi-  
ta multis magnisq; clara miraculis coruscavit,  
ita etiam in defuncto corpore illustris perman-  
fit. Nam elapsō ab obitu eius anni circulo, cùm  
soror vnā cum religiosis viris, sacrum corpus  
magnifico monumento honorare vellet, fuit in-  
tegrum planè & incorruptum, dormienti quam  
mortuo similius, inuenitum. Veste quoque om-  
nes, quibus fuerat inuolutum, prorsus inuolatae  
pristino candore nitebant. Locus autem ipse in-  
numeris miraculis celebris, fuit Ethelbaldi re-  
gis beneficio (cui Guthlacus post mortem appa-  
ruisse fertur) nouæ ecclesiæ fabrica decoratus, &  
multis ædificijs atque ornamentijs (ad consola-  
tionem eorum, qui Guthlaci vestigijs insistentes,  
Christo eo in loco militare cupiebant) auctus  
ac illustratus.

Corpus eius  
post obitū,  
integrum  
inuentum.

MARTYRIVM S. SABAE, GOTHI,  
quod spontaneus subiit & præclarè consumma-  
uit, Anno à partu virginico 372. Damasi Roma.  
Pontif. b. Valentini, & Valentis, Impp. 9. Sub  
Athaniarico Gothorum rege. Ex eo quod est per  
Ecclesiam Gothiæ conscriptum, ac extat apud  
Metaphrasten.

C. Barone  
Tomo 4  
Annal: Ee-  
cles: & nos  
Mar: Ro:

Sanctus Sabas martyr Christi eximus, in 12. Aprilis.  
Gothia oriundus, ita in medio generatio-  
nis

**Genus Sabæ.** nis prauæ atque peruersæ, viros imitatus est  
etos, & cum ipsis omni genere virtutum Ch-  
ristum coluit, vt instar clarissimæ stellæ in mun-  
tibus fulgeret. Neque enim semel sed sœpè, ante quæ  
pro fide martyrio coronaretur, re ipsa, seipso  
veræ pietatis acerrimum defensorem ostendit.  
Cùm enim Gotthæ & principes & magistrati  
Christianæ fidei cultores ad nefaria sacra, q-  
dijs eorum immolata erant, edenda cogerentur.  
Gentiles quidam consilium iniijssent, vt pro  
molatis, quæ immolata non erant, Christiani  
suis propinquis proponerent; quo ab imminentia  
mortis periculo eos eriperent. Sabas non solus  
ipse vetitos cibos comedere recusavit, sed in  
dium profiliens, voce libera & constanti pro  
status est omnibus, qui ex carnibus illis come-  
rent, veros syncerosque Christianos nō esse. Hi  
de causa, qui fraudem moliebantur, eum ex  
vico repulerunt: sed postea ramen, cessante no-  
nihil persecutione, reuocârunt.

Ceterum cùm rursus noua persecutionis pro-  
cella intonaret, & quidam ex eiusdem vici ge-  
tilibus vi etimas dæmonibus offerentes, iure  
rando affirmare vellent, neminem in vico su-  
o Christiana fide imbutum esse; Sabas magna cu-  
fiducia iterum in confessum illorum prodierat.  
**Eximias s.** Nemo, inquit, pro me iuret, ego enim Christi  
viri consta- nthus sum. Deniq; instante persecutione praefata  
via. Gentiles, celatis propinquis suis, vnicum setia-  
tum Christianū in vico habere affirmârunt. Ha-  
erat beatus Sabas de cuius dignitate & diuina  
Contemna- quibus siccis fauibus inhiabat. Præfectus, cu-  
nitur à iudi- multa studiosè admodum percunctatus esset, ei  
ce propter que propter Christi amorem omnibus nude-  
gaupertate. tum bonis sponte sua intellexisset, contempi-  
eum

eum vir iniquus: atque hoc modo electum liberum abire permisit.

Productus autem cum persecutionis furor quotidie magis magisque inualeceret, Sabas ad Sancta Salam insigni pietate ac religione presbyterum se contulit, vt cum eo diem illum qui ingenti Christi anorum lettitia, in memoriam Christi a mortuis suscitati colitur, celebraret. Ceterum tertia post celebrationem nocte, ecce ex impiorum decreto Atharidus Rhotesti reguli filius, cum magna latronum manu in pagum irruit, & sacerdotem est lectulo vincitum abducit: Sabam vero planè nudum per densos spinarum aculeos raptat, & fustibus ac flagellis crudeliter mactat. Sed haec hostium crudelitas non modo viri iusti constantiam non fregit, sed fidem potius ac patientiam mirificè exercuit.

Mane enim facto, Christi martyr in poenis exultans, fuit ab omni supplicij atrocitate illatus inuentus: adeo ut suis ipse tortoribus insultaret, & ineffabilem Christi sui bonitatem ac potentiam pradicaret. Tum vero carnifex, cum nullum omnino crudelitatis suae vestigium in carne eius extare cernerent, sublatum axem vi magna humeris eius imposuerunt, ac manus pedesque extremis axis partibus alligarunt, multisque iniuris oneratum, non prius nouis nouisque supplicijs fatigare desisterunt, quam nimia lassitudine oppressi, in somnum laberentur. Illis autem alto sopore depressis, mulier quædam ad ministeria domus sua euigilans eum soluit: ille vero solitus, nequaquam fuga salutem quæsivit, sed eodem in loco intrepidus permanens, adiutrices manus piae mulieri in opere suo tulit: & laetus ac gaudens, nouas pro Christi nomine cotumelias et supplicia expectabat.

*Sanctus dies  
Pascha.*

Atharidus  
Rhotesti reguli filius  
Sabam crudeliter traxit.

*Immaniter  
torquens.*

Eius constan-  
tia eximia.

Primo

Primo igitur diluculo crudelis Atharidus cognita, vincitum manibus ad præcelsam domitram suspendi iussit, cibosque idolis immolatos obtulit: quos vir sanctus respuens, Quisquit, hæc nobis mittere præsumit? Impuri profani sunt isti perditionis cibi, quemadmodum & ipse Atharidus à quo missi sunt. Hæc alio illo loquente, unus è seruis Atharidi ira inflatus, vas quoddam in sancti viri pectus tam cum impetu coniecit, ut omnes crederent statim interituru. Verum ille pietatis studio ueroris dolorem superans, nullum omnino vel mitius vel doloris signum edidit.

Dolorē præ  
ardore pie-  
tatis nō sen-  
tit.

Quibus cognitis, Atharidus iussit eum aquam suffocatum, dimisso Sansala presbytero, interci. Tum vero iniurias ministri Saban ad flumen qui Musæus dicitur, pertraxerunt. Ipse vero credibili gaudio exultans Deum collaudabat atque ad martyrij palmarum festinabat. Ministris autem cum ad fluminis ripam ventum esset, specta sanctissimi viri innocentia, liberum a dimittere voluerunt, sed ille, ne diutius praera certaminis sui corona fraudaretur, ipsos hostiari & uirgere coepit, ut impetrata perficeret. Eccè enim, dicebat, video qui me expeditant, præparatam à Deo iustitiae coronam capitio ponant. Hæc dicentem & Deum laudantem, flumen proiecerunt, aquisque suffocarunt. At prius est vir sanctus præclarum hæc martyrij palmarum, aetatis sua trigesimo octavo, pridiem Aprilis, Valentiniano & Valente Imperatoribus Consulatum gerentibus Modesto & Arintheo.

Post hæc sacrum corpus, ab homicidis extractum, feris & volucribus cæli obiectum fuit, sed illæ scelerorum hominum imbecillitas.

Suffocatur  
aquis s.  
Martyr.

damna  
secute  
iustitia  
baro  
lit. atq  
patriæ  
  
MAR  
nu P  
ma,  
ma:  
Rufi  
Peric  
Vnus  
in M  
nij i  
tiam  
  
I  
lis F  
max  
in dice  
human  
losoph  
ferre, v  
effet, el  
igitur c  
set, eur  
solet, D  
nus rel  
nem, ac  
mnen f  
te pecu  
ne Phil  
tauit.

damnantes, tacita quadam reverentia illud prosecutæ sunt; donec claris. Iosferanus Dux fide & iustitia plenus, missis viris fide dignis, è loco barbaro lacratisimæ reliquias in Romaniâ transstulit, atq; indè gloriosum fidei fructu preciosissimum patriæ suæ munus, in Cappadociam transmisit.

MARTYRIVM SS. IVSTINI IN SIG-  
nus Philosophi, ac sociorum, quo coronati sunt Ro-  
me, Anno ab Incar Domini 165. Pj Pontificis Ro-  
ma: 8. Marti Aurelij & Lucij Veri Impp. 3. Sub  
Rustico Praefide. Ex eo quod est apud loachimum  
Perionium Benedictinum, & Metaphrasten.  
Vnus verò idemq; est hic Iustinus, de quo Græci  
in Menolog. Kalendis Iunij, & Surius hoc, & Iu-  
nij 11. agit die, ambiguum de eoferens senten-  
tiam.

Iustinus in vrbe Palestinae, cui nomen Neapo-  
lis Flavia, Prisco Bacchio patre natus, vir fuit  
maximarum artium disciplinis instructus, &  
in dicendi artificio admirabilis. Postquam enim  
humanarū artium studia superasset, voluit phi-  
losophorum omnium inter se disciplinas con-  
ferre, vt eam quæ veritati maximè consentanea  
esset, eligeret: eiisque se totum addiceret. Primo  
igitur cùm Stoico cuidam se erudiendum tradis-  
set, eumque ne extremis quidem labijs, vt dici  
solet, Dei scientiam gustasse cerneret, eo proti-  
nus relicto, ad Peripateticum quendam homi-  
nem, acuto, sanè ingenio contulit. Sed is cùm o-  
mnem scientiam, turpi nimis lucro & cupiditate  
pecuniae metiretur, eum similiter auersatus,  
ne Philosophi quidem nomine dignum repu-  
tauit.

L

Stoico-

C. Baro No. 2  
Annal. ccii.  
& not. Mars  
Rom:

13. Aprilis

Eius patria  
& parentis.

Studet phi-  
losophiæ  
Stoicæ.

Peripateti-  
ca.